



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. IV. De Collegiorum structuræ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

auctoritatem habet; & quidem non extra Congregationem Generalem, si omnino negotium ad illam differri possit. Quod si necessitas prævertendum suadeat; Generalis exquiret suffragia Provincialium, & duorum antiquissimorum Professorum cuiusque Provinciæ, intra Europam tamen; & illius præterea Provincialis etiam extra Europam, sub quo esset Collegium, aut Domus, de quibus controvertitur. Habent etiam ad hoc jus suffragii Assistentes, Procurator Generalis, & Secretarius. Major autem pars horum suffragiorum sufficit ad id statuendum, de quo deliberatur. z

z Jul. III. p. 62. & P. 4. c. 2. §. 3. & A. & c. 10. §. 2. & c. 11. §. 2. & C. 4. D. 23. & 27. & P. 8. c. 2. §. 2. & P. 9. c. 3. §. 5. & 17. 18.

Ad quem spectent Collegiorum dissolutionum bona,

5. Quod autem sic relinquatur, vel ejus partem, non potest Societas, nec ejus Generalis ullis extra Societatem hominibus donare, sed dispositio spectabit ad Fundatores, si hanc facultatem, dum fundarent, sibi reservarunt. Quod si talis Reservatio non intercesserit; poterit Societas procedere, ut magis ad Dei gloriam & suum Institutum expedire judicaverit. a

a P. 4. c. 2. A.

S E C T I O I V.

De Collegiorum structura.

Locus sit salubris.

1. **U**bi de Fundatione cum ejus Auctoribus convenit, admovenda manus est operi; & 1. materialis structura occur-

occurrit, circa quam 1. ut ratio habeatur valetudinis curandum est; ut Domus & Collegia in locis, ubi sit purum, & salubre Coelum, habeantur; & non in eis qui contrariam habent proprietatem. *b*

b P. 10. C.

2. Modus est imponendus ædificiis nostris, quantum in nobis fuerit: ne, præter cætera incommoda, fiant aliquando Palatia nobilium; sed sint ad habitandum, & officia nostra exercenda utilia, sana, & fortia; in quibus tamen paupertatis memores videamur; unde nec sumptuosa sint, nec curiosa. De Ecclesiis tamen nihil est dictum. *c*

Ædificia non curiosa, sed firma.

c C. 1. D. 113.

3. Quæcumque ædificanda majoris momenti fuerint, ut esset Templum, Dormitorium, vel aliquid hujusmodi, nisi approbante Generali non fiant; ad quem pertinet formam, & modum nostrorum ædificiorum præscribere. Ædificia verò conservari, & si opus erit, restaurari Provincialis curet; nihil tamen, quod necessarium non sit, permittat. Nam Superiores locorum inconsulto Provinciali ædificare nihil debent. *d*

Ædificandi forma à Generali petenda.

d C. 2. D. 84. & R. Prov. 75. & Or c. 2. §. 9. & Instr. temp. Prov. §. 10.

4. Concessa est facultas ædificandi & recipiendi Collegia, Domos, Ecclesias in quibusvis mundi partibus, & mandatum omnibus Potestatibus Ecclesiasticis, &

Privilegia Apostolica pro ædificiis.

Paul. III. p.
46.47. & Pius
IV. p. 82. & c.
& Greg. XIII.
p. 162. & c.

f Pius IV. &
Greg. XIII.
locis citatis.

Secularibus, ne hujusmodi constructio-
nes ullo modo impediunt. e Quin permis-
sum, ut id nobis liceat etiam intra cen-
tum quadraginta annas à Conventibus
aliarum Religionum, etiam Mendican-
tium, & non obstantibus earum Privile-
giis. f Quamvis, quoad hæc Privilegia
attinet, servanda moderatio præscripta ab
Urbano Octavo Const. 27. Tom. 5. Bul-
larii.

S E C T I O V.

De redditibus Collegiorum.

Collegia dotari
possunt, & de-
bent.

1. P O S T Collegiorum fabricam confi-
derandi se offerunt eorum redditus;
& 1. certum est Societatem posse admit-
tere & retinere Collegia, & Domos Pro-
bationis redditibus dotatas, usibus & neces-
sitatibus Scholasticorum eos redditus ap-
plicando. g Immo, ut hi liberiùs stu-
diis vacare possint (quæ causa fuit ut
Collegia redditus habere possint, quod Do-
mibus Professis non licet) statutum est,
ut admittantur tantùm Collegia ita dotata,
vel eam rerum vitæ necessariorum commo-
ditatem habentia: ut non tantùm Operarii,
sed & numerus proportionatus Scholasti-
corum sustentari possint. h

g Ex. c. 1. §. 4.
& P. 4. c. 2. §.
s. & Paul. III.
p. 14. & Jul.
III. pag. 66. &
Pius IV. pag.
39. & Greg.
XIII. p. 230.
h C. 1. D. 73.
& C. 2. D. 8. &
C. 5. D. 69.